

*Viro Clariss. & excellentiss.*

Dn. D. PHILIPPO  
MULLERO FRIBVR-  
GENSI, CHYMIATRO  
peritissimo.

S. P.

CASP. BARTHO LINVS  
Danus, Doct. Philosophus &  
Medicus.

ERgo tandem diffusurum te  
inaudio, MULLERE mi ocu-  
lissime, ingenij monumenta; satis  
diu hucusq; occultata. Numerò cen-  
sebis, sat scio, in lucem efferri. At  
censet præter te nemo alius. Cùm  
juncti olim fuimus sermonibus in  
Italiâ, regionum illâ reginâ; me-  
moriam tibi refrico, quid condixe-  
ris. nempe ut de editione non tar-  
dares, ob operis argumentū; quod  
pro publico bono. Præsta age fi-  
dem! Mihi verò amorem: qui, quo-  
niam corpore non licet, animo tibi  
junctus sum, optimâ illâ parte mei.

Coi-